illis est & acceptum & uoluntates eos quodammodo exhib& qui intra hebitu
dinem & flagitiis uiuit· qui uero in bonis actibus manus suam graua
uerit super eos & iam si penitus eos expellere non potuerit certe tri
butarios eos facit & subiectos· & abierunt filii effrem peragrare terrā
secundum fines suos & cum enarrar& illam historiam in sequentibus
quantam mansuetudinem & humilitatem beati ihū qui dignus erat ferre
no m̄ ihū dn̄i & saluatoris nr̄i declarat aitenim· Dederunt enim inquit filii
israhel sortem iesu filio naue in sem& ipsis precepto dn̄i· Dederunt ciui
tatem quam petiuit tamnassare quae est in monte effrem· & aedifi
cauit ibi ciuitatem & inhabitauit in ea· ipse est qui dedit hereditatem
omnibus filiis iuda qui dedit effrem & dimidiae tribui manasse
ipse dedit magnifico illi chaleb filio iephone hereditatem· ipse misit
ternos per singulas tribus qui uniuersam terram peragrarent atq;
discriberent & ostenderent sibi· ipse misit omnibus sortes & se [in] nouissi
mis reseruauit· quare putas uoluit esse omnium nouissimus sine
dubio ut ess& omnium primus· & nec ipse sibi hereditatis sortem prae
sumpsit· sed a populo accipit & illi dat populus hereditatem· ~~non p̄~~
~~sumpsit sed a populo accipit & illi dat populus~~ hereditatem· a quo ipse
acceperat· sic enim scriptum est· & dederunt filii israhel sortem iesu
filio naue· sed figuraliter contingebant illis quae nobis proponuntur
ad formam ut & nos seruemus preceptum illud· quod iste opere im
pleuit· quod dicitur quanto magnus es· tanto humilia te magis apud
dn̄m & inuenies gratiam· & iterum scriptum est· si te ducem ordi
nauerint· ne extollaris sed esto inter eos quasi unus ex ipsis· uide ergo
quomodo duxerat populum ipse qui eos introduxerat in terrā scām
in terram repromissionis· ipse erat successor moysi· & non ipse sumere
permisit sortem terrae sed expectat ut accipiat portiunculam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0144